UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Dispvtatio De Statv In Qvo Sint Beatorvm Animae Post Hanc uitam, ante ultimi iudicij diem

Dévay Biró, Mátyás

[Nürnberg], [1537]

VD16 D 1300

Censvra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34195

Visual Library

CONDEM. CENSVRAE.

QVi fidit Christo, & in Christo diligit fratres, quomodo potest esse sceleratissimus, cum prora & puppis pietatis nostræ, & summa totius Christianismi in his duobus pendeat? Qui credit in Filium habet uitã æternam, Ioan. 3. Iudicent boni uiri, de Monacho, qui de Petro & Iuda cornicat tam inepte. Fides discernit inttr pœnitentiam Iudæ (qui & ipse uere pœnituit, sed sine fide) & Petri qui cognouit quidem suum peccatum, sicut Iudas, sed credidit in Christum tollentem nostra peccata. Pœnitentia Iudæ legalis est, quando ducimur lege in nostri tantum peccati cognitionem, quæ cognitio accusat, damnat, desperare facit ut Iudam. Pœnitentia Euangelica est, cum ex nostri cognitione fide uenimus ad cognitionem Christi. Hæc cognitio erigit, consolatur, saluat, ut Petrum & omnes sanctos.

Ioan. 3.

PROPOSITIO XIII.

POenitere est resipiscere, est corde innouari.

CENSVRA.

HOc est Matthiæ pœnitere, at Augustino pœnitere est pœnam tenere. Vide lector pro dignitate personæ, cui istorum assentias.

CONDEM. CENSVRAE.

QVis non detestetur maliciam & immane studium calumniandi in homine Theologo? Nostra definitio incõmodi plane nihil habet, sicut multa scripturæ manifesta loca